



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

76 Historiographos bonos amare & diligenter legere. Homicidas punire. v.
Theatrum hist.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM LXXVI.

HISTORIOGRAPHOS BONOS
amare, & diligenter legere.

*Historicos
optimos le-
gere.*

EX lectione historiarum summa existit utili-
tas (vti probat Ant. Posseu. *Bibl. sel. lib. 1. c. 130
& 14.*) 1. Non solum res gestas ab obliuionis ini-
uria vindicat; sed valet etiam ad vitam diuissimam
produendam, quæ quidem videtur breuif-
sima vitæ ignorantibus vsum, ac diligentibus
hunc mundum, cuius figura præterit. Ex histo-
ria enim in mentes nostras admittimus, vti in
hospitium, antegressas omnes ætates, ac tanquam
peregrinos, qui varias obierunt Prouincias,
excipimus: quamobrem fit, vt cuncta penè illa
vidisse, ac semper vixisse existimemur, idque
nullo periculo, plurima verò cum voluptate,
dum & calamitates eorum temporum euasimus,
accamen ex alijs, quæ possunt vsui esse nobis, ad-
discimus.

*Producit
vitam.*

*Vide fig-
num 31.*

*Historiarum
voluptas.*

Et verò amissam valetudinem recuperasse ali-
quos lectione historiarum certum est, quòd a-
nimus auocatus à mœrore, dum pascitur ob-
lectatione nouarum rerum, imperium recipit
in corpus, ac facit vt conualescat. Memoria
parentum nostrorum vixit is, quem litterarum
parentem vocârunt, *Laurentius Medices*, Floren-
tinus Princeps. Hic cum morbo laboraret, qui o-
pera Medicorum non poterat abscedere, histo-
ria lectione illius, quæ de *Conrado III. Imp.*
seruetur, conualuit, qui visa *Guelfi Bauariae Du-*
cis vxoris, & aliarum erga maritos, quos
lumeris efferebât, pietate, obsidionem soluit, ac
omnem

*Suenia op-
pidum Vin-
spergum ob-
sidentur.*

omnem hosti iniuriam condonauit. Cum enim
 Guelfum obsidione diuturna fregisset, Cæsar, nec
 ullis conditionibus à proposita susceptaque vr-
 bis euersione deducere retur, ad extremum, victus
 nobilium foeminarum precibus, permisit, vici-
 uiolata abiret, ea lege, vt nihil ex vrbe, nisi quod
 humeris efferre possent, exportarent. Tum illæ,
 confidentia maiore dicam, an pietate, Ducentum
 sum, maritos, liberos, parentes, ab humeris sul-
 penfos gestare cœperunt. Ex quo Imperator
 tam voluptatem cepit, vt, effusus præ gaudiis
 erymis, non modò feritatem & iracundiam ero-
 nimo penitus deposuerit; verùm etiam pacem
 vrbi pepererit, & amicitiam cum hoste domum
 acerrimo contraxerit. Quem non oblectat
 quod neglecta supelllectile maritos suos singulis
 humeris extulerunt: *Abbas Spanheimensis, Goffo-
 dus Viterbiensis, AEmilius lib. 7.*

Idem contigit *Ferdinando & Alphonso Hispa-
 nia ac Sicilia Regibus*, qui valetudinem, quæ
 Medicis non poterant, lectionis suauitate reu-
 perarunt: alteri *Liuius*, alteri *Q. Curtius* valetu-
 dinem amissam restituit. Hic enim *Capuz* ab ob-
 sa valetudine laborans, Medicis multa medica-
 menta adhibentibus, in grauissimo morbo
Curtij historias de *Alexandri Magni* rebus
 descriptas legere cœpit, cuius lectione delecta-
 tus, cum omnem morbi improbitatem super-
 fer, sanitati restitutus dixit: *Valeat Hippocra-
 tis mea. (Panor. & AEn. Sylu.)*

*Veteribus
 historijs,
 inest vene-
 ratio anti-
 quitatis: re-
 centioribus,
 gratia no-
 mitatis.*

Ac non solum corporis, verùm etiam animi
 morbos sic depellit historia, vt quorundam
 esset, ea momento conuertatur in veram & salu-

terem vitam, ex qua perennes utilitates sibi & vniuerso mundo plurimi peperere. *Ignatius*: is, qui Societatem Iesu condidit, vir v. illustris, ita militaris, cum pro patria dimicans, grauissimè vulneratus, in hostium manus venisset, sic ex vna spiritali historia animo conualuit, vt post remedia corpori adhibita, multo maior & utilior dux euaserit, quam si secula plura in militiam impendisset. Præterea ad iusta bella suscipienda, ad euendam intrepidè patriam, ad Iurisprudentiam, Canonèsq; Patrum legitimos dignoscendos, ad meliores Rerump. & administrationum formas inspiciendas, consituendas, seruandas, augendas, ad ipsam (quod caput est, & ex quo pendent summæ omniū expeditiones militares) diuinæ Reip. tum ante, tum post Christi aduentum in Ecclesia institutæ, faciem, ordinem, Magistratus, conuersiones item & casus Regnorum ac Rerump. agnoscendos, scientiarum denique veritatem eruendam mirificè conducit.

Lucullus cum Roma bellicæ rei rudis in Asiam traiceret, ita illa navigatione vorauit historias, vt obseruans quidquid futuræ administrationi vni esse posset, Mithridatem deuicerit, & maximus imperator euaserit.

Sed & ad imitandum efficacissima est historia, quippe ex ijs, quæ cernimus ab alijs perducta ad effectum, sicut rationes & modi in oculos incurunt, ita erigitur spes ad eadem aggredienda, ac vi quadam, quam secum quasi connatam ferunt exempla, semen in animis nostris altius spargitur, quod certè fructus edit vberiores, quàm è præceptis haurimus. Posteritatis contumelias (inquit Tac.) sentiebat Tiberius Augustus ex

Li suo-

suorum scelerum conscientia; quare à multis ab-
stinebat, tegebat alia. Quare vel hoc nomine et
ipse Tacitus solam hanc scribendi legendue hi-
storias putabat rationem aptissimam, quæ à vitia
deterrentur improbi, ad virtutem inflamma-
rentur boni. Breuiter, historia est arca vniuersæ
antiquitatis, & tanquam in speculo docet ornare
& componere vitam suam ad alienas virtutes.

* Plut.

Ximolcon.

Certè diuina ipsa historia Spiritus Sancti affu-
tu tot Heroum gestis quasi luminibus interhu-
sta fuit, vt quibus verba non essent satis, huius
amicorum Dei permouerentur.

Et si Barbari profanis historijs permoti non
sunt ausi, vt clarissimam de se posteris memori-
reliquerint, quidni hoc ipsam Christianis pec-
catoribus bonæ efficiet historiæ, ac reliqui libri, ad
eum finem, in quem scribi ac legi debent, con-
legantur? Non ignotum est, quàm acutum calcæ Cy-
rus Scipioni Africano, Achilles Alexandro ho-
gno, hic Philopœmeni, Cæsar Turcarum Regi, Lu-
dovicus Vndecimus Galliarum Rex Carolo Quarto
addiderint, dum eorum historias, aut ne histerias
quidè; sed vel poemata Homeri, vel Xenophani
Cypædiæ legissent. At si historie Ducum & Impe-
ratorum, qui religione ac fortitudine fuere pre-
tioses, sedulo versentur, certissimè id fit quod de
istorum vitis inquit Basiliius: *Quibus, ait, qui delin-
ter studet, optime sua vita prouidet.* Quamobrem
fortium virorum, atque ipsorum Martyrum imagi-
nes ob oculos perpetuo poni voluit Ecclesia, quæ
contra earum fractores summo conatu vniuersam
vbique se opposuit, ne efficacissima ad imitanda
memoria tolleretur. *Quis enim* (inquit per se-
libus verbis Tarasius Patriarcha Constantino-
politano)

manus, aduersus Iconoclastas) coloribus expres-
 sionem videns eum, qui decertat, & igne despicien-
 tem, & nube flagellorum circumdatum; & in his
 Creatori confidenter spiritum emittentem, non ca-
 lidis circumfunditur lacrymis, & suspirijs ac ge-
 mitibus compungitur? Quis eum, qui se exiit ad
 graua cruciatuum & suppliciorum genera pa-
 tienda, & postremò tortum aspiciens, non cor-
 dis contritione pectus tundens recedit? Quis
 eum videns, qui pro Christo se tradidit licio-
 ribus, compedibus, maniculisque, & fidibus
 constringi, & deinde in supplicijs intolerandis
 fortiter expirare, non admiratur patientiam,
 inuictamque excelsi animi virtutem, & fidem?
 Quis alium spectans, qui nec vllum emittit ver-
 bum indignum pietate, & verò in lateribus in-
 terea, & in dorso laniatur, non emollescit com-
 miseratione? Quis non impletur admiratione,
 & quatitur timore, cum videt eum, qui pro fi-
 de patitur, omnia membra sua distribuentem
 ad Dei sacrificium & oblationem, quæ vsque
 ad musculos, femur, & talos scinduntur immi-
 sericorditer; non miratur, inquam, laboriosissi-
 mam in decertando patientiam? Quis eum ad-
 spiciens, qui leonibus obijcitur deuorandus, &
 dentibus eorum molendus, veluti cælestis panis,
 mensæ cælesti iam iam parandus, non sit animo
 particeps illius martyrici spiritualis conuiuij?
 Quis eum contemplans, qui acerba catena pro-
 pter Deum exagitatus, & in altum sublatus,
 & loris, ac scuticis vibices habet extensas, &
 tandem gladio mortem subit, non, seipsum
 omnino cordis contrahens contritionibus,
 conuertitur ad gratam DEI glorificationem?

Ii 2

Quis

Quis eum videns, qui rectus in ligno vincitur, &
 cuius exinaniuntur intestina frequentibus ulti-
 bus flagellorum, & qui diurnam illam sustinet
 in ligno perpeffionem, & sine visceribus ingre-
 diens, funebrem quandam saltat saltationem, ad
 diuino telo in corde sauciatur, tabernaculum
 & templum pietatis efficitur? Quis videns, cui
 caput tyrannica sententia propter Christum fue-
 rit amputatum, qui quasi sanguineis fustibus ve-
 orsum fertur à reliqua cymba corporis, nuda
 tem diuini auxiliij eadem membra iterum vult
 per mare tanquam per aridam recto itinere
 gredientia, etiamsi durissimo sit corde, non
 timuit ad portum tranquillitatis spiritalis
 eum, cuius vnghes arundinibus acutis perfora-
 tur, & qui in ebullientem picis lebetem praeter
 immergitur, & rursus emergit, & gladio hostis
 ter consummatur, adspiciens, non manus ad Deum
 sustulit, & non optauit deinde talem experiri
 cruciatum? Quis eos, qui gelu hiberno &
 algore congelant, & nudi decerant, atque
 considerans, & qui crurum sustinent fracturas,
 & cum ardentes carbones naturæ robore effu-
 rint, in fluuiorum fluentia eorum reliquæ pro-
 ciuntur, non desiderauit eos habere Patroni
 precibusque ad sese eorum acrem & dignam
 defensionem allicere? Hæc autem, addit *Tarantulus*
 deris non solum fieri in masculis, sed etiam
 foeminis, quæ paribus præliantur certaminibus
 atque equuleorum, & rotarum, ac ceterorum
 tormentorum nullam ducunt rationem. Quis
 nim hæc fieri cernens in mollissimo sexu, non
 muliebrem abijciat timiditatem, tum verò
 audacia, non temeraria audacia inductus, ad Deum
 aduersa

abrem non canat laudationem, & apertè pro-
 nunciet inuictam hanc fortitudinem? Quis vidēs
 immaturorum ætatem puerorum in asperis
 doloribus, tanquam in aquis innatantem, & tan-
 quam lac coagulatum, emulsum ex vberibus fi-
 dei, omne genus tormenti & supplicij simul fe-
 rentem propter Christum, non intelligat hoc ef-
 fe diuini opus auxilij, quod & muliebrem imbe-
 cillitatem virtute virili facit robustiorem, & im-
 puberem ac puerilem imperfectionem ostendit
 spiritu ac sensu esse mutatam in senilem maturi-
 tatem? Quis Teclam & Stephanum, qui primi
 post Christum athleticā portam aperuere mar-
 tyribus, hunc quidem videns lapidibus oppeti-
 tum, & occidentium per precum intercessionem
 apud Deum curam gerentem; illam verò & fero-
 rum scuritiam despicientem, propter suam non
 fidam in Christum, quem desiderabat, charitatē,
 non statim discit non malè precari inimicis; sed
 tanquam benefactoribus eis gratiam referre; &
 aduersus omnem belluinam & amentem depug-
 nare scuritiam. Sed transeo ad Deum meum, &
 Dominum, qui Martyrum dux fuit, posteris dis-
 pensator victoriæ, quem in ligno certens clavis
 siccum, & spongia, aceto, & felle potatum, & la-
 nce lancea punctum, & ex eo viuifica fluenta e-
 mipientem, horreo, & à me discedo, honoroque
 inuestigabilem & stupendam sui demissionem,
 cuiusque admiror summæ malorum tolerantia
 pelagus. *Hec ille.*

1. *Alphonfus* Calabria Dux Senior Antonio Pa-
 norum ita incredibili voluptate operam dabat a-
 liquid ex Priscorum Annalibus referenti: quin
 eam veterum ab eo scriptorum lectiones sin-

gulis diebus audiebat. *Pont. de Principe.*

2. *P. Scipio africanus* Xenophontem sic adama-
uit, vt nunquam eum de manibus poneret, sed in
castris etiam, interq; tubarum classica & armo-
rum sonitus legeret. (*Plut.*) Cum cyropoeta
Xenophontis animo penitus haberet compreb-
sam, ex eaque omnes omnium virtutum ac lau-
dum cumulos collegisset, tantus vir euasit, vt
non modò bellum ingens in Hispania, orto coe-
temptu aliorum Imperatorum ex admiratione
Scipionis, exarserit, verùm etiam latronibus re-
sis sanctus & inuiolatus extiterit. Cum eum
piratae Linterni ad eius villam adissent, eos
ab aditu, quasi Scipioni vim illaturos seruis
nuè propulsarent, illi supplices à seruis peti-
runt, vt sibi diuinum illum hominem conuen-
tue venerari liceret, quod ille, re intellecta, pe-
miserit, (*Liu.*) & latronum barbariem ad huma-
nitatem reuocauit.

3. *C. Iulium Caesarem* ad militarem virtutem
impulit æmulatio Alexandri, cuius victoria
cum legeret, lacrymas vberius effudit, quod
ea ætate, qua ille terrarum Orbem domuerat, ni-
hil dum egisset.

Vide signū
62. & 64.

4. *Alexandro* tot victoriarum causa fuit ve-
tus Achilles, ab Homero (sine quo ne somnia
quidem capiebat) ad imperatoris optimi exam-
plar efficta.

5. *Carolus V.* ad tantam gloriam exultit. *Ludo-
uici XI.* Regis Gallorū æmulatio, & quia etiam
lescenti *Adrianus* institutor prælegit libros hi-
storicos Regū, ea inde hausit gubernandi docu-
menta & principia, quæ illū nō solum Catholicū
& piū præstiterunt; sed etiā in maximum & pios

firmum Principem, successibus felicem, eue-
re. Inde enim clarè intellexit, fundamentum Re-
gii, & Politia, totiusque prosperitatis, in vera
religione & iustitia collocandum esse: extra hæc
nihil Christiano Principi fore firmum aut tran-
quillum. Idem Thucydidis lectioni, & Philippi
Cominæ Commentarijs operam impendit.

6. Habuit Imp. Tacitus eo in honore historicum
Cornelium Tacitum, ut omnibus in Bibliothe-
tis eum collocari curaret. (Sabell. lib. 7. En-
trad. 7.)

7. Tuo Vespasiano sic charus Iosephus extitit,
ut Hierosolymis captis, potestatem ei faceret
petendi & exportandi inde, quidquid vellet. (Io-
seph.) Neque sine ratione. Nam de Græcis dicitur,
semper pueros illos esse, quod nulla anti-

quorum temporum noticia, ac nulla senili & *Vide de cō-*
cena sciencia eorum animi essent imbuti, seu, *nibus.*
quod Antiquitatis memoriam non haberent. (A-

pucl. Plat. in Timæo.) Et Cicero ait: (de Orat. per-
fecto.) *Nescire quid antequam natus sis acciderit,*

est semper puerum esse. Thucydides (quem Demo-
sthenes descripsit octogies) ait lib. 1. Historia est

perpetua possessio & thesaurus, qui nunquam è
manibus excidere debet, ut eo adiuti similia ne-

gotia parelq; casus in Rep. cōmodius tractemus,
quando causa ineidunt ferè semper similes, seu,

ut inquit Arist. 1. Rhet. c. 21. *Ut plurimum præteritis*

futura similia sunt. Vnde Isocrates, Orat. ad Ni-
coclæ: *si præteritorū memineras, de futuris etiã ve-*

litis deliberabis. Et Seneca epist. 83. *Consiliū futuri*
venit ex præterito. Vide de Doctorum honore, &
pag. 1. Theatri historici. Sed reuertor ad Exem-
pla.

6. Dionysius Milesius historicus *Hadriano Imp.* tam acceptus fuit, vt inter Satrapas Equitesque præcipuæ notæ numeratus, & mensæ Imp. quæ præclaris & spectabilibus viris duntaxat præcebat, particeps factus sit. (*Philostr. in Sophista.*)

9. *Alex. Seuero Imp.* fuit cōsuetudo, aut *Lamp.* vt si de iure, aut de negotijs tractaret, solos doctos & disertos adhiberet; si verò de re militari, milites veteres & senes, bene meritos, & locos peritos, ac bellorum, & castrorum, & omnium veteratos, maximè eos, qui historiam norant, perquirens, quid in talibus caussis, quales in disputatione versabantur, veteres Imperatores, vel Romani, vel exterarum gentium, fecissent. In maxima rerum trepidatione, quoties impetiones faciendæ erant, peritos historiarum prius conuocabat, quàm quicquam inciperet, ratus eos de rebus bene præclareque gerendis rectè iudicari posse, qui omnium hominum mores & consuetudines etiam res malè beneque actas, cognitione ac memoria comprehendissent. Idem post actus publicos, seu bellicos, seu ciuiles legebat libros Platonis de Rep. libros Ciceronis de Officijs, de Rep. item vitam Alexandri Magni. Nam historiarum (*Liu. lib. 1. Dec. 1.*) omnis exempli documenta in illustri posita monumento dant memori; vnde tibi tuæque Reip. quod imitère cupas, vnde foedum inceptu, foedum exitu quod vitas *Calliod. var. lib. 8.* Totius prudentiæ compendium in litteris continetur: ibi enim prudens inuenitur, vnde sapientior fiat; ibi bellator reperit, vnde nimis virtute roboretur; inde Princeps accipit, quomodo subditos sub æqualitate componat.

10. *Augustus Caesar* per amœna historiarum, in

temporis solum fallendi gratia, versabatur; sed magno cum fructu sectabatur precepta & exempla publicè vel privatim salubria, eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercituum provinciarumque rectores, aut ad Urbis Magistratus plerumque mittebat, prout quique provisione indigerent. *Suet. c. 89.*

1. *L. Lucullus* vix dum adolescentiam egressus, tantum breui tempore prudentiæ ex libris historicis hausit, ut (sicut dixi) cum rudis esset rei militaris, non solum in Asia, cui permultos annos admirabili quadam laude præfuit, à Senatu missus sit, verum etiam gloriam superiorum. (*Cic. i. Acad.*) superauerit.

2. *Pompeius Magnus*, quia pueritiam in legendis historijs collocauit, Siciliam recuperavit, & Achaia subacta triumphali curru Romam (magnum rerum gestarum laude & gloria) profectus est: postea verò, extincto bello civili, quo, tanquam tempestate quadam, cætera omnia concutiebantur, ex Asia, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, cæterisque Prouincijs magnificè triumphauit. Tantum valet ad res præclare gerendas ex historiæ monumentis collecta prudentia. *Cic. pro lege Man. & Plut.*

3. *Alexander Magnus*, cum in Asiam profectus esset, Philisti historiam sumpsit, quam deinde expeditionum suarum comitem habuit, non contentus Homeri Iliade, quam alioqui cum pugione coniunctam dormiens sub puluino collocatam habere solebat. *Plut.*

4. *Friedericus Dux Saxonie Elector*, ad eam curam habuit studium historiæ, ut epitomen omnium historiæ, in qua series esset omnium

temporum & Monarchiarum, componi sibi curauit, quam postea ita in conspectu habuit, ut in grauissimis deliberationibus saepe inde exempla recitaret. Nec raro dixit, se non solum voluptatis causa historias legere; sed sumere inde de multis rebus documenta; & cognitionem earum necessariam esse non modò gubernatoribus, sed etiam cæteris hominibus omnibus.

Historia certè Politico plurima exempla, et vltima antiquitate repetita suppeditat, quibus instructus optimè Remp. administrare, & ceteros suos quâ beatissimos efficere potest, Rectè Dicit Sicutus in *Proem. Bibl. ait*: Magnas meritorum gratias rerum scriptoribus homines debent, qui laboribus plurimū vitæ mortalium profuerunt. Ceterum dunt enim legentibus præteritorum exemplis, quibus nobis sit appetendū, quidue fugiendū. Nō sunt multa experimenta rerū varijs cū laboribus periculisque procul ipsi ab omni discrimine potest gestis legimus, admonemur maximè quid cōueniat ad degendā vitam. Et cognitio, ex aliorum tum cunctis, tum aduersis rebus percepta, doctrinam habet omnium periculorum expertem. Pulcherrimum est enim ex aliorum erratis in melius instituerē vitam nostram, & non tam quid alij egerint querere, quàm quid optimè actum sit, nobis proponere ad imitandum. Seniorum consilia, quæ magis ætas prudentiores efficit, laudantur; atque tanto antecellit intervallo historia, quanto plura exempla rerum complectitur diuturnitas temporis, quàm hominis ætas. Itaque ad vitæ institutionem vtilissima historia censenda est.

(:)